

rardus comes Iuliacen(sis) eius fidelis se et sua ad edicta regie maiestatis.

Litteras vestre celsitudinis nobis per Iohannem dictum de Thenis vestrum clericum ex parte vestra super Templariorum factis et processibus destinatas recepimus. Quibus sanius intellectis vestre dignitatis excellentie duximus significandum, quod secundum regale mandatum contra dictos Templarios et eorum sectam iuxta posse nostrum, prout nobis subsunt, in locis quibuslibet procedemus. Valeat et vigeat vestra regia magnitudo, que nobis precipiat ad quecunque¹.

6.

(f. 236) Serenissimo et superillustri principi domino Ph. Dei gratia Franc(or)um regi Guido eadem gratia episcopus Traiectensis capellanus eius devotus se ipsum cum debite devotionis affectu.

Litteras celsitudinis vestre, per quas nobis scribere dignebamini de execrandis et flagitiosis erroribus Templariorum, noverit nos vestra excellentia recepisse. Super quibus nimirum ob zelum fidei christiane multum fuimus contristati. Et si iidem Templarii, qui in terminis nostris domos non habent, apud nos degerent, nos ad deffendendum et exstirpandum errorem huiusmodi dampnabilem parati essemus exurgere, ut tenemur. Bene et semper valeat vestre magnificentie celsitudo et nobis ut capellano suo devoto precipiat confidenter.

Dat. apud Middelburgh, die dominica post Lucie virginis².

Beilage V.

Kleinere Mittheilungen.

1. Besançon.

Zu N. A. XXVIII, 489 habe ich zu berichtigen, dass es sich bei dem Consens von 1291 Mai 24 natürlich um einen Willebrief Otto's von Brandenburg (nicht Braunschweig) handelt. Ich gebe das Protokoll: 'Nos Otho Dei gracia Brandenburgensis marchio quondam filius pie memorie Othonis marchionis Brandenburgensis' und die Datumzeile:

1) Ohne Datum. 2) 1307 Dec. 17.